



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De violento. cap. lviii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

D. ICANNIS DAMASCENI

igitur modum cum nos omnes in vitijs volutemur, Propheta vitam humanam aspernans, p  
En hac verba clamat, Veruntamen vniuersa Vanitas omnis homo viens.

DE VIOLENTO.

CAP. LVIII.

Ecli. 4. O LI resistere contra faciem potentis: & ne conqueris contra iustum fluuij.  
1. Pet. 3. Prouidentes, non coacte, sed spontaneè.

Basil. Quid coactum est, ac præter naturam, postquam ad breue quoddam tempus ortum est, id-  
que agreac per vim, statim in ea, ex quibus conflatum est, dilabitur.

Naz. Quod iniuste fit, præterquam quid tyrannicum est, ac laudis expers, ne quidem firmum G  
Quicquid ac stabile est. Solet enim quod coactum est, non secus ac planta manibus per vim inflexa, si-  
iniuste fit, mul atque dimissa est, ad scipsum redire. Contraria, quod voluntate animique inductione fit,  
durabile simul & iustissimum & tutissimum est, ut poterit benevolentia vinculo retentum & con-  
seruatum.

Violentum ac non iniutorum est pietatis sacramentum.

Quod iniuste fit, statim molestiam affert: quod autem sponte, satietatem non admittit,  
sed semper & gratia & desiderio virescit.

Minime omnium Christianis concessum est peccantium lapsus per vim corrigere. Nec  
enim Deus eos, qui necessitate, sed qui voluntate à vicio abstinent, corona donat.  
Enseblaus. Violentia Deo non adest.

H

DE BLASPHEMO ET MAGNILOQUO.

CAP. LIX.

Leuit. 24. DIXIT Dominus ad Moysen, Loquere filii Israël, dicens, Homo  
qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blas-  
phemauerit nomen Dei, morte morietur: lapidibus opprimet eū  
omnis multitudo populi.

1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes.  
Iob. Quid ausum est cor tuum, quia in iracundiam erupisti aduer-  
sus Dominum? Quousque loquetur cor loquax oris tui?  
8. I  
Psal. 11. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui di-  
xerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster  
Dominus est?

Osee. 14. Delebitur Samaria, quia contradixit Deo suo. in gladio ipsi peribunt, & par-  
uuli eorum solo allidentur.

Hier. 24. Inebriate eum: quoniam contra Dominum erectus est.

Esa. 28. Hæc dicit Dominus: Eò quid eleuatum est cor tuum vt cor Dei, idcirco ecce  
ego adducam super te alienos robustissimos Gentium: & nudabunt gladios suos  
super pulchritudinem sapientiae tuæ, & polluent decorem tuum.

Sap. 1. Benignus est spiritus sapientiae, & non absoluat blasphemum à labiis suis.

Ecli. 27. Qui mittit lapidem in altum, in caput suum mittit.

Mat. 12. Omne peccatum remittetur hominibus: ei autem qui in Spiritum sanctum  
blasphemauerit, non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Basil. Qui peccat, legem guidem violat: at qui blasphemat, aduersus ipsum diuinum numen  
impietatem admittit.

Chrys. Eos, qui in vrbe blasphemant, castiga. Quod si quem in binio, aut in foro, audieris, obiurga.  
Quod si etiā plaga incutere oporteat, ne id facere dubites. Colaphum in ipsis faciem  
impinge: os eius contere. Manu tua per huiusmodi plagam sanctitatem concilia. Si propte-  
rea quidam te accusant, atque in iudicium trahunt, sequere.

simile. Quemadmodum qui saxum in altum iaculatur, corpus quidem cœli scindere, atque ad  
eam

K